Oraculum Delphicum

in Vaticinio quod circumfertur De Creatione Novi Pontificis Cuius tenor est.
Manifestabit in Solio Petri Trinus Pontifex Qui ternam Coronam madefaciet in Sanguine
et contristabit Creatorem: et contristatum inviget Gentes: et Ruget Italia Extinctis
Antiquis Tyrannis, convertet in Sanguinem: In cuius temporibus veniet à Septentrione
Iustitia, armata Pace, et durabit. et Unaliam Fortissimo Rege, novas condet
Leges, et normas.

Applicatur enim Eminentissimo et Reverendissimo D. D. Ioanni Cardinali Delphino,
Patriarchae Aquileiensi etc.

Alluditur ad Gentilitium Stemma Illustrissimae Prosapiae Quod...
Trophiis insignitur in micante Delphino.

Et hoc est quod Manifestabit in Solio Petri Trophiis Delphinus, Trinus, et Unus Pontifex.

Epigramma.

Tergeminus Delphin Solio Sublimis, Honores
Sumet quos Primus sumpsit in Urbe Petrus.
Non haec Phoebus ait Vate Pelasgia: Delphin
Hoc Arcano, suo Stemmate Trinus habet.
Repsit ex Austro septem Pia Roma Triones,
Optimus et Regum REX Sacer inde venit.
Repsit è contra Ex Aquilone, Aquileia Romana,
Illa igitur Romae Pontificemque dabit.
Delphin TRINUS erit Romano Antistes in Urbe;
Cui TRINUM Imperium Tartarea terra Poli.
Navigat et Pelagum tranans super Aethra Triregnum
Ducit, atque illi Portus in Empyreo.
Contristare DEUM non est ibi Laedere NUMEN,
Ast tam Precibus Flectere, nè perimat.
Barbara Gens quamvis insurget: TRINUS et UNUS
Ducet Pontifices vincet in Arma DEUS.
Sanguine Turcarum tunc TERNA Corona nitescet,
Hic Sacer, ut victus REX sua Iura dabit.
Iustitia, et Pietas Italis Post Praelia Pacem
Spondent; et toto surget in Orbe Fides.
Unum tunc fiet totus iam Mundus Ovile,
Pastor, cum Delphin Maximus Orbis erit.

Mox quid Antoni Haec profers Oracula Moles?
Delphin Hoc meruit Pontificale Decus.
Heroum mensor faciunt Quem Numina Numen
Semideumque Hominem Semihominemque Deum.
Assuetus è Barulo Rodeani ubi Nomen Iulius
Datque Foro, Haec Parochus Publica Vota canit.

161